VITAE ALIQUOT SUMMORUM PONTIFICUM SAECULI XV.

VON

DR. F. X. GLASSCHRÖDER.

Der Cod. lat. 14134 der Münchener Hof-und Staatsbibliothek [1]) enthält auf Fol. 105'-107 kurze Viten folgender Päpste: Gregors XII. (1406-1415), Johanns XXIII. (1410-15), Martins V. (1417-1431) und Eugens IV. (1431-1447). Die Vita des Letztgenannten ist nicht vollständig, sondern bricht mit dem Florentiner Concil (1439) ab.

Dem Bilde, welches diese Papstleben von den genannten Päpsten, allerdings nur in grossen Umrissen, entwerfen, können korrekte Auffassung der Verhältnisse, Unbefangenheit und Freimütigkeit [2]) nicht abgesprochen werden. An *bisher unbekannten historischen* Thatsachen enthalten die Viten nicht

---

1) Vgl. über ihn *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis* v. C. Halm. tom. II | 2 S. 134.

2) Vgl. z. B. folgende Stellen: S. 185: « (Martinus papa V) Concilium ex Papia, cum pestis ibi cepisset in Senas transtulit, quod tamen nec ibi passus est perfici, sed *variis artibus* dissolvi — procuravit » u. S. 187: « Nam et ipse (sc. Eugenius IV.) a concilio diversimode investabatur et ipse et contra non minus concilium infestabat. »

eben viel, hingegen bieten sie einige recht interessante *biographische* Details.

Dass sie das Werk *eines* Mannes sind, geht eigentlich schon aus der einheitlichen Auffassungs-und Darstellungs weise hervor, wird aber durch verchiedene Verweise in den Viten Martins V. [1]) und Eugens IV. [2]) auf Stellen in den Leben Johanns XXIII. und Gregors XII. ausser Frage gestellt. Der Verfasser, zweifellos ein Cleriker, kam 1414 im Gefolge des Cardinals Otto Colonna nach Constanz zum Concil. Als sein Herr, von dem er voll Ehrfurcht und Bewunderung spricht, mit der päpstlichen Tiara geschmückt nach Italien zurückkehrte, blieb er an dessen Seite [3]). Auch Eugen IV. scheint er nicht ferne gestanden zu sein. Zur Eruirung seines Namens fehlt leider jedweder Anhaltspunkt.

Die Abfassungszeit unserer Papstleben fällt zwichen die Jahre 1439 und 1447. Eugen IV. wird nämlich als *eben* [4]) regierender Papst bezeichnet. Da derselbe am 23 Febr. 1447 starb und die Darstellung mit dem Jahre 1439 abschliesst, eine successive Abfassung aber ausgeschlossen erscheint, können nur die Jahre 1439 und 1447 als Termini « a quo » und « ad quem » in Betracht kommen.

Angelus Corarius, cui postea nomen *Gregorius XII*. fuit, mortuo Innocencio VII, qui Bonifacio nono successerat, sum-

---

[1]) S. u. S. 184 : « Ibi ad eum Johannes, *ut supra retulimus* venit ».

[2]) S. u. S. 186 : « Angelus Corarius, *de quo supra retulimus*, qui papa Gregorius dictus est ».

[3] Wie käme er sonst dazu, die Feuersbrunst zu erwähnen, welche während Martins V. Anwesenheit in Genf einen Theil dieser Stadt verheerte? cf. S. 184: « Quo ibi manente grande incendium factum totaque mercatorum via concremata est. »

[4]) Cf. S. 186 : « Gabriel Condulmaris qui *nunc* Eugenius quartus appellatur ».

mum pontificatum adeptus est [1]). Hic Venetus fuit nobili apud suos loco progenitus. Schisma [2]) tunc in ecclesia vigebat; namque cum Gregorius XI. nacione Lemovicensis [3]), qui apostolicam sedem ex Avinione Romam reduxerat, nature debitum exsolvisset atque Urbanus VI. nacione Neapolitanus per cardinales surrogatus fuisset, Gallici, qui tunc in collegio erant, quia non jure sed vi sors in Urbanum cecidisset, ex Curia recedentes cardinalem Gebennensem [4]), qui Clemens VII. est appellatus, in summum pontificem elegerunt. Cui postmodum Petrus de Luna, qui Benedictus XII. (?) nuncupatus est, in apostolatus administracione successit [5]). Inter Gregorium ergo et Benedictum cum divisa esset ecclesia, per cardinales, qui unionem erant affecti, multum elaboratum est, ut ambo apud Saonam [6]) Ligurie urbem convenirent paci ecclesie consulturi [7]). Quod cum frustra temptatum esset apud Pisas in Etruria per eosdem cardinales concilium est coactum, in quo tam Benedicto quam Gregorio deposito, quia jurantes pro pace ecclesie velle papatui cedere jus jurandi religionem neglexerant, Petrus [8]) de Candia qui vocatus est Alexander (V.) in apostolatus speculo est suffectus [9]). Gregorius vero Senas venit ibique

---

1) Am 30. Nov. 1406. Vgl. über ihn Sauerland, Gregor XII. von seiner Wahl bis z. Vertrag v. Marseille in Sybels Histor. Zeitschrift XXXIV, 74 ff.

2) C. Scisma.

3) C. Lemónicensis.

4) Robert v. Genf, 1368 Bischof von Cambray, 1371 Cardinalpresbyter SS. XII Apostolorum, zum Papst gewählt zu Fondi am 20 Sept. 1378 † 16. Sept. 1394.

5) Petrus de Luna seit 20. Dec. 1375 Cardinaldiakon von S. Maria in Cosmedin, zum Papst gewählt am 28. Sept. 1394, vom Constanzer Concil für abgesetzt erklärt am 26. Juli 1417, † 23. Mai 1423.

6) C. Saonem.

7) Laut Vertrag v. Marseille (21. April 1407) wollten beide Päpste zwischen Michaeli u. Allerheiligen 1407 in Savona zusammenkommen.

8) C. Pedrus.

9) Vgl. über ihn: Μάρκου Ῥενιέρη Ἱσνορικαὶ Μελέται ὁ Ἕλλην πάπας Ἀλέξανδρος Ε. Τὸ Βυζάνπον καὶ ἡ ἐν Βασιλείᾳ Σύνοδος. Ἐν Ἀϑήναις 1881. —

diu mansit, postmodum apud Malatestas sese recepit, cum jam et Germania et Ladislaus Apulie rex ab eo ac tota fere Italia defecisset. Exinde cum sinodus Constanciensis celebraretur, jamque universa illic ecclesia convenisset, Carolum Malatestam virum prestantem illuc destinavit ac per illum summo pontificio [1]) cessit [2]), felicior multum, si tunc papatum resignasset, cum illum retinere posse credebatur ac hic, dum hominibus pocius cedere vult quam Deo, cardinalis [3]) inglorius vitam finivit.

Baldasar Cossa qui et *Johannes XIII.* est appellatus, Neapolitanus nacione fuit mortuoque apud Bononiam Alexandro [4]), cui legatus ipse preerat, ad summum pontificatum est assumptus [5]). Is concilium pro pace ecclesie Rome indictum multis modis conatus est impedire [6]). Fuit enim vir belli quam pacis [7]) cupidior nec religione affectus nec otio. Cum Sigismundo tunc cesare apud Laudem Insubrie urbem convenit ac de celebrando Constanciensi concilio secum transegit [8]). Interea mortuus est Ladislaus rex Apulie [9]) qui et Romam ec ecclesie patrimonium occupaverat. Quo, nuncio accepto quamvis instaret [10]) Constanciensis concilii dicta dies, petere desinaverat. Sed monitus per cardinales, temporalia per legatos et spiritualia per propriam personam, quia digniora sunt, esse gerenda, legatos misit, qui patrimonium ecclesie vindicarent [11]),

---

1) C. pontifico.

2) Am 4. Juli 1415.

3) Das Concil übertrug ihm das Cardinalsbisthum Porto, † zu Recanati am 18. Oct. 1417.

4) Gest. 3. Mai 1410.

5) Am 17. Mai 1410.

6) Er hatte dasselbe am 29. April 1411 für den folgenden 1. April 1412 ausgeschrieben.

7) C. paucis.

8) Von Ende Nov. bis Weihnachten 1413. Dort in Lodi erliess Johann am 9. Dec. 1413 auch die Convokationsbulle z. allgemeinen Concil in Constanz.

9) Am 6. Aug. 1414.

10) C. instares.

11) C. vendicarent.

ipse personaliter Constanciam est profectus, Friderico tamen Austrie duce partes suas conciliato. Postquam vero concilium coactum est, suasum sibi publice est, ut pro pace ecclesie summo pontificatii vellet cedere. In nunc laudis cupidus annuebat, nunc suorum precibus motus renuebat victusque tandem cupiditate dominandi retinere pontificium decrevit. Sed ex Constancia fugiens Schafhausiam pecijt [1]), ubi cum accepisset, patres, qui Constancie manserant adversus (eum) procedere, Brisacum perrexit sperans exinde transmisso Reno in Gallias proficisci ac Johannis Burgundionum ducis auxilio, qui eius causa equitatum in propinquo habebat, Italiam petere. Ac Sigismundus imperator unioni ecclesie intentus timens, ne fuga istius maioris incendii foret occasio, lata in Fridericum Austrie ducem sentencia qui eum juverat, Johannem ipsum apud Brisacum deprehendi fecit [2]). Ac post sinodus contra ipsum procedens deposicionis sentenciam tulit eumque in carceribus, quoad viveret, detinendi pronunciat. Diuque his postea in quodam castello super Rheni ripam per ducem Bavarie Palatinum electorem detentus est, donec Martinus papa, qui Constancie fuit electus eundem sibi transmitti mandat. Ad quem dum vinctus ducitur, ut erat versutus aufugit suaque sponte ad Martinum tunc Florencie manentem profectus est [3]). Eius obvolutus genibus et veniam fuge petivit et pontificatus juri, si quod sibi competebat, cessit. Qua humilitate id promeruit, ut ad cardinalatus fastigium rursus assumptus [4]) et Florencie aliquandiu post vixerit et ibi mor-

---

1) Am 19. März 1415. cf. *Guasti*, Gli avanzi dell'Archivio di un Pratese vescovo di Volterra im Archivo stor. Ital. 4. Serie (1884) XIII, 206.

2) In Radolfzell.

3) Nach *Haüsser*, Gesch. d. rhein. Pfalz I, 227 und Archivo stor. Ital. IV, 429 ss. liess Kurfürst Ludwig v. d. Pfalz 1418 den abgesetzten Papst frei gegen ein Lösegeld v. 38000 fl. wozu Papst Martin V. beigesteuert hatte (Leonardi Aretin. libellus de temporibus suis ap. Muratori SS. XIX 930).

4) Am 23. Juni 1419 wurde er zum Cardinalbischof v. Tusculum ernannt.

tuus [1]) in sacello divi Johannis Baptiste sepultus fuit [2]). Nec enim ambiguum est, quin tanta eius humilitas, si modo vera fuit, cetera eius vitia, quamvis fuerint ingencia penitus extinxerit, et divinam sibi graciam reconciliarit.

Otto de Columpna [3]) cui postea *Martinus quintus* nomen fuit, quamvis nobili loco natus esset, tam pauper tamen in cardinalatus dignitate vixit, ut, nisi soror Paula, que plurimum regebat, sumptus sibi subministrasset, interesse Constaciensi concilio non potuerit. Ac propterea cum Johanne et Benedicto depositis postque cessionem Gregorii, quis nam summo pontificato preficiendus esset, patres investigarent jamque tres et viginti cardinales ac XXX viri ex nacionibus quinque collecti in conclavi essent, nemo in istum, quoniam paupertas abjectum reddebat, casuram sortem opinabatur. Sed potens est dominus exaltare humiles et superbos dejicere, cuius munere factum est, ut tres et quinquaginta patres in hunc solum consonare potuerint [4]). Qui postquam electus est, in annum Constancie perseveravit ac dissoluto concilio et alio ad quinquennium in Papiam [5])indicto Gebennam se transtulit [6]). Quo ibi manente grande incendium factum totaque mercatorum via concremata [7]) est. Exinde per Papiam et Mantuam et Ferrariam venit Florencias, ubi partim delectatus urbis amenitate partim necessitate coactus (patrimonium ecclesie per tyrannos erat occupatum) aliquamdiu mansit [8]). Ibi ad eum Johannes, ut supra retulimus venit et Braccius [9]) tyrannus, qui Perusium occupaverat. Sed illum in cardinalem assumpsit;

---

1) Am 22. December 1419.

2) Ueber das kostbare Denkmal, welches ihm Cosimo de Medici dortselbst errichten liess, vgl. Gregorovius, die Grabdenkmäler der Päpste S. 84.

3) C. Calumpna.

4) Am 11. November 1417. Vgl. *Lenz*, drei Tractate aus dem Schriftencyklus des Constanzer Concils S. 181-95.

5) C. Papia.

6) Die Abreise von Constanz erfolgte am 16. Mai 1418.

7) C. concrema.

8) Vom Febr. 1419 — 9. Sept. 1420.

9) Braccio de Montone.

cum isto non potuit, ut voluerat et par fuerat, convenire [1]). Tres tunc tyranni ex vili nacione viribus armorum elevati patrimonium ecclesie inter se partiti erant: Braccius, Sforzia [2]) et Tartalia. Martinus Sforziam sibi conciliavit ac ecclesie capitaneum fecit. Cuius favore Romam repeciit viamque tutam peregrinantibus prebuit. Post Tartaliam a Braccio divisit et ad stipendia conduxit. Quem demum sive quod parum fidelem repererat sive quod male suspicatus est in eo securi percuti jussit Bracciumque obsidentem Aquilam et ad Urbem venire municacem per suos duces invasit, conflixit, cepit et vulnere mortuum in campis tamquam excommunicatum sepeliri mandavit [3]). Tantaque huius felicitas fuit, ut, qui rediens in Italiam nullum oppidulum in potestate habebat occiso Braccio totum patrimonium recuperavit. Huic Philippus dux Mediolani forum Lunii atque Imolam, quas urbes armorum potencia ex manibus tyrannorum receperat cum essent ecclesie, ultro restituit. Hic basilicas beatorum Petri et Pauli ruinam minantes admodum reparavit, pontem super Tyberim restruxit, urbem quampluribus edificiis adornavit. Pacisque arbiter inter omnes Italie principes communitatesque fuit. Concilium ex Papia [4]), cum pestis ibi cepisset, in Senas transtulit, quod tamen nec ibi passus est perfici, sed variis artibus dissolvi [5]) et aliud in septennium ad Basileam urbem Germanie induci procuravit. Quod cum jam instaret, Juliano S. Angeli cardinali [6]), quem contra Hussitas legatum destinaverat, facultatem in con-

---

1) Kann wohl nur bedeuten, dass sich die Kurie zu einem ihr weniger günstigen Abkommen genötiget sah, denn Braccio wurde im Febr. 1420 als Vicar der Kirche mit Perugia, Assisi, Todi und Jesi belehnt.

2) Sforza Attendolo bisher im Dienste der Königin von Neapel, erhielt von dieser am 6. März 1419 den Auftrag Rom zu raümen + 3. Jan. 1424.

3) 3. Juni 1424.

4) Eröffnet im April 1423, nach Siena verlegt im Juni 1423.

5) 7. März 1424.

6) Julian Cesarini geb. 1389 wurde am 24. Mai 1426 im Geheimen, anfangs Nov. 1430 öffentlich zum Cardinal von S. Angelo in Pescaria ernannt. Er starb 1444.

cilio presidendi commisit. Huius felicitatem adumbravit circa finem vite Bonnoniensium rebellio, quam nulla sibi potuit vi armorum subigere. Sedit in pontificato annis circiter XIV. Intravit mirifice, rexit utiliter, obiit sancte [1]).

Gabriel Condulmaris qui nunc *Eugenius quartus* appellatur nacione Venetus est. Eius maiores ex Neapoli fuisse dicuntur. Hic parentibus conditis cum esset admodum dives, adhuc adolescens Christi vocem secutus omnia, que habebat, distraxit ac pauperibus dedit tollensque crucem suam cum Anthonio Condulmariano [2]) religionem aggressus est [3]) diuque panem mendicavit donec Angelus Corarius, de quo supra retulimus qui papa Gregorius dictus est, Anthonium nepotem suum ad Romanam curiam convocavit. Nam cum Anthonius absque socio religionem nollet relinquere — plurimum enim se ambo invicem obligabant ac diligebant — uterque vocatus est [4]). Et Anthonius ecclesie Bononiensis prefectus, Gabriel vero in Senensem episcopum est ordinatus similique fortuna et ad cardinalatum perducti sunt [5]). Tantaque inter eos animorum concordia tantaque dilectio invicem fuit, ut ex convinctu geniti vocarentur. Gabriel dum cardinalis fuit, duplici legacione functus est in Piceno atque Bononia. Ex hac in ultima cum propter familiaritatem Florentinorum et originem Venetarum duci Mediolanensi suspectus esset, preter opinionem amotus est Romamque rediit, ubi Martino mortuo summi pontificatus cathedram est adeptus [6]), credo domino disponente, qui dicentibus discipulis: « Ecce relinquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis »? « Centum pro uno inquit et vitam eternam possidebitis ». Initia huius apostolatus tur-

---

1) Am 20. Febr. 1431.

2) Dieser Neffe Gregors XII. gehörte nicht der Familie der Condulmieri sondern der Familie Correr an.

3) Im Cölestinerkloster S. Georgio in Alga zu Venedig.

4) Diesem mit Vespasiano da Bisticci (Card. Antonio de' Coreri bei *Mai*, Spicileg. Rom. I, 158) überein stimmenden Bericht widersprechen gleichzeitige Nachrichten siehe *Raynald* ad a. 1408 nr. 9 ss. u. Mansi XXVII, 95 f.

5) J. Jahre 1408.

6) Die Wahl Eugens IV. fand am 3. März 1431 bei S. Maria sopra Minerva statt.

bulenta fuere; nam gravi percussus infirmitate cutem in anguis modo renovavit ac cum principe Salerni, qui Martini nepos fuit et plurima ecclesie castra tenebat ac cum prefecto Vici ac aliis pluribus tyrannis coactus est bellum gerere [1]). Tum quoque Basiliense concilium cepit, quod ipse in eius fere inicio dissolvit et Bononiam transferre conatus est. Sed cum patres concilii non assentirent, plurimas perpessus est adversitates. Nam et ipse a concilio diversimode infestabatur et ipse et contra non minus concilium infestabat. Sigismundus interea Senas venerat et Romam petere suscepturus imperiales infulas disposuerat. Quem Eugenius post magnam discordiam sibi conciliatum [2]) in basilica S. Petri coronat [3]). Promisit tamen Eugenius Sigismundo Basileense concilium confirmare ac Eugenio rursus Sigismundus fidem prebuit adversus eum ne quid attemptare permitteret. Sicque Sigismundus Basileam reversus [4]) operatus est, ut et processus concilii contra Eugenium cessarent. Mox alia est oppressus molestia: conspirantibus namque Romanis et libertatem sibi vindicantibus, captus est et in carcere detentus. In quo dum negligencius custoditur, per Tyberim aufugit [5]) Florenciamque perrexit, ubi honorifice receptus est ac deinde Bononiam venit. Nec hic finis laborum est; nam cum ad Grecorum reductionem Basileenses essent intenti nec de loco cum Grecis concordarent quoniam ipsi vel in Sabaudiam vel in Avinionem trahere illos volebant, Greci vero solum infra Italiam venire vellent essentque patres in concilio divisi et alii Avinionem atque Sabaudiam pro concilio nominassent alii vero Florenciam vel alium in Italia locum, qui Grecis placeret, Eugenius cum his concordans concilium apud Ferrariam indixit [6]) tantumque apud Grecos egit ut eos ad se Ferrarie manentem venire fecerit, quos exinde postmodum Florenciam secum conduxit [7]) et ibi ad unionem ecclesie latine reduxit [8]). —

---

[1]) Vgl. hier über Gregorovius, Geschichts der Stadt Rom VII, 27-30.

[2]) Krönungsvertrag vom 8. April 1433.

[3]) 31. Mai 1433.

[4]) Er traf am 11. Oct. 1433 in Basel ein.

[5]) 4. Juni 1434.

[6]) Bulle v. 18. Sept. 1437.

[7]) 10. Januar 1439.

[8]) 6. Juli 1439.